Die Datierung auf 1510 entspricht dem Befehl König Wladislaus' II. vom 3. August 1510, die Abtei von Appesdorf solle die Ansprüche der beiden Adligen auf das umstrittene Land untersuchen[58]. Der Hinweis auf die Anwesenheit des Bürgermeisters an einer im Vorjahr stattgefundenen Versammlung der drei siebenbürgischen Stände in Neumarkt am Mieresch entspricht auch einem Eintrag in den Hermannstädter Stadtrechnungen von 22. Juni 1509[59]. Kurz nach dieser Versammlung sind mehrere Reisen in Sachen Petersdorf bezeugt[60].

Sacra Regia Maiestas. Eidem Sacre Maiestati vestre in personis magistri civium iudicum iuratorum civium totiusque communitatis civitatis Cibiniensis querulose exponitur, qualiter retrofluxis annis honesta domina relicta prudentis \condam/ Petri [condam] de Wereschmarth[61] iudicis regii eiusdem civitatis pro mariti sueque animarum salute quandam possessionem Peterfalwam[62] vocatam in territorio predii Reppafalwa[63] in Comitatu Albense Transsilvaniense[64] habitam ecclesie parochiali in honore gloriose virginis Marie in [eadem] civitate predicta fundate cum consensu regio legavit testamentaliter, que possessio per quondam Nicolaum de Gerend prefato Petro pro florenis mille extitit impignorata[65]. Et ad eandem possessionem predictus Petrus de Wereschmarth se legittimo iuris ordine observato sub pignorum titulo nemine contradicente introduci ac statuere fecit et eandem quoad vixit pacifice possedit, in qua etiam possessione prelibata ecclesia duobus et triginta annis post obitum dicte relicte in pacifico dominio perstitit. Accidit autem, quod anno proximo elapso tres nationes partium Transsilvanarum arduis ac rationabilibus de causis

[58] SIIAN (wie Anm. 3) SB-F-00001-1-U4-138.
[59] Rechnungen aus dem Archiv der Stadt Hermannstadt und der sächsischen Nation. Bd. 1. Hermannstadt 1880 (Quellen zur Geschichte der Stadt Hermannstadt in Siebenbürgen 1), S. 517.
[60] Ebenda, S. 519, 522f.
[61] Gräf Peter von Rothberg, Hermannstädter Königsrichter ca. 1456-1460, 1466-1467. Wegen seiner Teilnahme am 1467 Aufstand der siebenbürgischen Stände ließ König Matthias Peter hinrichten. Siehe Friedrich Schuller: Beiträge zur äußern Geschichte der Erbgrafen der Sieben Stühle. In: Archiv VfsL N.F. 21 (1887), H. 2, S. 326-330; Konrad Gündisch: Participarea sașilor la răzvrătirea din anul 1467 a transilvănenilor împotriva lui Matia Corvinul [Die Teilnahme der Sachsen am Aufstand des Jahres 1467 gegen Matthias Corvinus]. In: Studia Universitatis Babeş-Bolyai, series Historia 17 (1972), H. 2, S. 24f., 28f.
[62] Petersdorf/Petiș.
[63] Unter-Rependorf.
[64] Komitat Weißenburg/Fehér.
[65] Ub. VI, Nr. 3212; VII, Nr. 4259, 4290, 4597.

congregationem generalem in oppido Sekelwasarhel[66] celebrandam indixerant, ad quam magister civium Cibiniensis cum ceteris aliis nunctiis fuit missus, ubi Leonardus Barlobaschii[67] et Michael Bladtfii ratione et pretextu prehabite possessionis Peterfalwa occasione cuiusdam donationis regie certarum hereditatum et villarum condam Stephani de Tataii, qui ob infidelitatis notam ad perfidissimos Turcos profugerat prefatum magistrum civium infestarunt, qui nullam penitus habentes in eadem causa auctoritatem seu commissiones respondendi seu agendi ac inscius iurium et consuetudinum nobilium aliquibus verbis inopinatis eisdem Leonardo et Michaeli respondit: ratione quorum verborum prelibata possessio non obstante revocatione responsionis dicti magistri civium et singulis aliis exceptionibus allegationibus supplicationibus ac in Regiam Maiestatem procuratione per prefatam civitatem Cibiniensem factis, prefatis Leonardo et Michaeli contra omnem equitatem est adiudicatam et idem potentionarie in eandem sunt introducti et statuti. Cum etiam in hominum memoria non existit, quod prefatus Stephanus de Tataii nec genitor suis premissam possessionem unquam possedisset. Propterea Sacre Regie Maiestati vestre humillime supplicatur, quatinus ob intimatam suam Clementiam et intuitum gloriosissime ac intemerate virginis Marie necnon fidelium servitiorum eorundem civium premisse civitatis Cibiniensis continuam et paratam exhibitionem, eosdem cives in sepefatam possessionem Peterfalwa minus iuste ac calumpniose, ut premittimur, ab ecclesia dicta beate Marie virginis alienatam et abstractam introduci facere rursus ac restitui facere. Et si quid actionis sepefati Leonardus et Michael contra eandem ecclesiam gloriose virginis ratione predicte possessionis habuerint, denuo iuris ordine requirant aut ad litis anfractus evitandum memoratis Leonardo et Michaeli equivalentem aliunde possessionem administrare \et dare/ eadem dignetur gratiose, ut premissa ecclesia in suis structuris et edificiis ex proventibus sepedicte possessionis in honorem gloriose virginis Marie et eiusdem divinorum cultuum augmentationem conservari valeat.

[66] Neumarkt am Mieresch/Marosvásárhely (ehemals Székelyvásárhely).
[67] Leonhard Barlabássy von Héderfája, Vize-Woiwode von Siebenbürgen 1501-1525, vgl. András W. Kovács: Remarks on the Careers of the Vice-Voivodes of Transylvania in the Late Middle Ages (1458-1526). In: Institutional Structures and Elites in Sălaj Region and in Transylvania in the 14th-18th Centuries. Hg. András W. Kovács. Cluj-Napoca 2012 (Transylvanian Review 21, Beih. 2), S. 107, Anm. 36; Tóth, Horváth, Neumann: Magyarország világi archontológiája (wie Anm. 8), S. 88.

5. 1519, ca. August: Entwurf von zwei Bittschriften der Sächsischen Nationsuniversität wegen unterschiedlicher Beschwerden.

Entwurf, Papier. SJSBAN, fond Colecția de acte fasciculare [Bestand Sammlung der faszikulären Akte], Serie M, Dossier 54, Nr. 1-2. Digitalisate: SIIAN (wie Anm. 3) SB-F-00107-M-54(1), SB-F-00107-M-54(2).
Die Datierung lässt sich anhand der drei Artikel auf Ff. 2r-v ermitteln, die die Erhebungsrechte eines königlichen Subsidiums betreffen. Am 24. August 1519 versprach Ludwig II., keine Erhebungsrechte für außerordentliche Abgaben an Dritte zu übertragen[68]. Die auf fol. 3v bezeugte Gesandtschaft Lulais im Namen der Sächsischen Nationsuniversität wird auch in der Stadtrechnung von 1520 erwähnt[69].

(fol. 1r) Serenissime Princeps licet Saxones Maiestati vestre partium Transsilvanarum non sint soliti contra aulicos et speciales factores eiusdem Maiestatis vestre improperia sew querimonia facere, sicut nec nunc facere intendunt. Tamen necessarium est, ut Maiestas vestra intelligat aliquas causas et occasiones, propter quas dicti Saxones iniuriis turbationibus atque dampnis agitantur et oppressionem paciuntur, ut Maiestas vestra modum et ordinem ponat et statuat, ut eomodum Serenitatis vestre non relinquitur et quod predicti Saxones etiam inaniter non perturbantur.

De aqua salsa statuimenti prope fluvium Hortobach[70] in Sede Olczna[71].

De aquis similiter salsis que fluunt de Ockna[72] ad fluvium Wÿssa[73].

De captivitate hominum in Sedibus Olczna et Schenk[74] sine iusta occasione.

De captivitate iuratorum de Schenk cum wlneratione &c.

De porcis transmissis propter defectione ad glandium ad partes Transalpinis.

Et ex qua causa iidem porci repulsi fuerunt de eisdem partibus cum notabili defectu et dampno. Et que occasio ficta ascribitur predictis Saxonibus ex parte viarum.

De iuratis qui receperunt in negotiis combustumque.

De equis quis receperunt hinc inde in eorum transitu.

Item secundum estimationem et venditionem rerum excipitur vigesima &c.

---

[68] SIIAN (wie Anm. 3) SB-F-00001-1-U4-222. Zur Urkunde siehe Zsolt Simon: Az erdélyi szászok adói a Jagelló-korban [Die Steuern der Siebenbürger Sachsen in der Jagiellonischen Epoche], http://real.mtak.hu/id/eprint/41632 (letzter Aufruf: 26. Juli 2024), S. 12.
[69] Sibiul între diplomație și război [Hermannstadt zwischen Diplomatie und Krieg]. Hg. Toma-Cosmin Roman. Sibiu 2017, S. 93.
[70] Haarbach.
[71] Alzen.
[72] Salzburg.
[73] Weißbach.
[74] Schenker Stuhl.

Proventus regularis provenerunt ex lucro et non ex <…> suorum pro parte <pri…>
Item de baculis percussantibus et communicationibus &c propter quod <…> contra.
Item de eductione lignarum prohibitorum.
Item de cr<…>gimine fori et venditione.
(fol. 1v leer)
(fol. 2r) Serenissime Princeps, Rex et Domine noster naturalis gratiosissime. Reminisci dignetur Sacra Maiestas vestra, quomodo eadem hiis preteritis temporibus miserat in medium nostri egregium Iacobum Thornali[75], protunc administratorem proventuum Sacre Maiestatis vestre Transsilwanensis, cum plena auctoritate et informatione S(acre) M(aiestatis) v(estre) pro petendo et exigendo subsidio flor. xl^{m}[76]. Et licet quamplures atque rationabiles cause tunc aderant, propter quas necesse fuisset, ut ad S(acram) M(aiestatem) vestram adiire debuissemus suplicaturi, quatinus eadem nos ab exactione talis subsidii supportare dignata fuisset. Intellecta tamen tum ex litteris S(acre) Maiestatis vestre tum ex relatibus prefati Iacobi Tornali necessitate eiusdem et confiniorum regni volentes satisfacere mandato et commissioni S(acre) Maiestatis vestre uti ex debito fidelitatis obligamur et alias quoque semper ultra etiam vires nostras fecimus eidem Maiestati v(estre) S(acre) pro subsidio fflor. xxi^{m} sub certis conditionibus, quas ipse Iacobus Thornali, uti credimus M(aietatem) v(estram) S(acram) lucide explicavit. Obtulimus facta que super premissa summa concordia idem Iacobus Thornali partem dicte summe defacto solvendam postulavit. Nobis autem condicentibus et non habentibus, unde talem solutionem facere debuissemus, voluit tandem ut ipsum per litteras nostras fidedignas super tota illa summa assecurare deberemus. Servatis tamen conditionibus, ut illam nemini alteri quam ipsi aut cui idem Iacobus Thornali de eadem summa aliquid dari deputaverit solvere ac dare debeamus, ut ipse vel dominus suus ad facta et necessitates Maiestatis v(estre) S(acre) eo comodius a creditoribus pecunias levare posset. Erat quidem nobis satis contrarium atque onerosum ad talem obligationem respondere. Sed quia et Sacra vestra Maiestas per litteras suas nobis hoc faciundum commiserat. Parvimus voluntati eiusdem et dicto Iacobo ex tota universitate litteras nostras sub gravi obligamine dedimus. Pridem vero ex

[75] Zu Jakob Tornallyai vgl. András Kubinyi: A Szapolyaiak és familiárisaik (szervitoraik) [Die Szapolyai und ihre *Servitores*]. In: Tanulmányok Szapolyai Jánosról és a kora újkori Erdélyről. Miskolc 2008 (Publicationes Universitatis Miskolcinensis, Sectio Philosophica 13, H. 3), S. 239.
[76] Zu diesem Subsidium siehe SIIAN (wie Anm. 3) CJ-F-00044-1-571, CJ-F-00044-1-572 = Berger: Urkunden-Regesten (wie Anm. 5), 1. Bd., S. 182f., Nr. 660f., SB-F-00001-1-U5-216.

commissione eiusdem S(acre) M(aiestatis) v(estre) celebrato conventu Saxonum in Medgyes[77] egregii Georgius de Bathyan[78] et Paulus de Thomor[79] novas a Sacra vestra Maiestate nobis presentaverunt litteras atque commissiones. Quod videlicet prefatum subsidium non Iacobo Thornali aut domino suo, sed domino thezaurario moderno aut hominibus suis dare et administrare deberemus. Accepto itaque huiusmodi mandato S(acre) v(estre) M(aiestatis) prefatum Iacobum Thornali in nostri medium vocavimus et commissionem Sacre Maiestatis vestre eidem retulimus ac dictas litteras nostras obligatorias ab eodem postulavimus, quas idem dare recusavit, asserens quod ipse tempore oblationis subsidii venisset cum tanta auctoritate cum quanta et moderni factores venissent. Ideo ammoneret nos, ut promissioni nostre satisfaceremus et pecunias eidem daremus. Considerantibus autem nobis hoc negotium vergere in detrimentum honoris nostri neutri partium pecunias subsidii pretacti dare voluimus, sed Maiestatem vestram Sacram in hoc consultam habere decrevimus. Suplicamus igitur eidem S(acram) M(aiestatem) v(estram) tamquam domino nostro gratiosissimo, quatinus si eadem voluerit, ut subsidium prefatum domino thezawrario aut hominibus suis dare debeamus, extunc nos prius ab obligatione nostra absolvere dignaretur et taliter quidem, ut de cetero Sacre Maiestati vestre in honore servire et ab impetitione Iacobi Thornali liberi esse valeamus.

(fol. 2v) *Item* Gratiosissime Princeps. Quia reverendus Paulus prepositus alias thezaurarius et consequenter dictus Iacobus Thornali Paulo Polyak civi Budensi ex dicto subsidio flor. ii^{m} centum et quinquaginta deputavit et nos quoque eidem Paulo Polyak litteras nostras obligatorias dedimus. Suplicamus Sacre Maiestati vestre tanquam domino nostro gratiosissimo, quatinus eadem in hoc \nos/ gratiose edocere dignetur, ea in causa \quid/ sumus facturi.

Item Clementissime Rex. Sacra Maiestas vestra deputavit apud nos ex presenti subsidio pro eorum creditis certis dominis et magnatibus notabiles summas et iidem tales summas ac deputationes a nobis habere cupiunt. Cum tamen nos ad talia respondere nequimus. Cum ex eo quia totum subsidium, ut premisimus, ex

---

[77] Mediasch.
[78] Georg Batthyány.
[79] Paul Tomori (1475-1526), Kastellan von Fogarasch, *Familiaris* des Johannes Bornemissza, Erzbischof von Kalócsa, vgl. Vilmos Fraknói: Tomori Pál élete és levelei [Paul Tomoris Leben und Urkunden]. Budapest 1881, S. 9-10; Tóth, Horváth, Neumann: Magyarország világi archontológiája (wie Anm. 8), S. 31.

comissione S(acre) M(aiestatis) v(estre) Iacobo Thornali est obligatum. Cum etiam quia eadem M(aiestas) v(estra) S(acra) et dominus Thezaurarius suos habent factores in Transsilwania et officiales, quibus convenientius est proventus Maiestatis vestre Sacre, quam nobis distribuere, quam nobis nichil aliud ex talibus deputationibus, quam fatige expense et damna eveniunt. Suplicamus igitur Sacre Maiestati vestre humilime, quatinus eadem nos a talibus deputationibus supportatos habere gratiose dignetur.

Invictissime Princeps. Combuste sunt per malefactores hiis preteritis temporibus quamplures civitates ville et possessiones [in] Maiestatis v(estre) S(acre), quorum incolas, si spe eiusdem in hoc non assecurassemus, quod M(aiestas) v(estra) S(acra) eisdem ad certos annos libertatem dare dignabitur, extunc omnes ad bona nobilium se moraturos transtulissent et bona Maiestatis v(estre) S(acre) desolata atque deserta mansissent. Suplicamus igitur Maiestati v(estre) S(acre), quatinus eadem ex innata sua benignitate atque clementia illis aliquas libertates, ut eo comodius nova edificia parare et bona Maiestatis vestre Sacre ampliare atque decorare valeant conferre dignaretur gratiose. Nomina autem civitatum et villarum ista sunt: civitas Brassoviensis[80]; in Sede Cibiniense Tholmach[81]; in Sede Segeswariense Segesd[82] et Nadgsurules[83]; in Sede Schenk villa Zazhalom[84]; in Sede Kwhalom ville Felmeer[85], Halmadg[86] et et (sic) Sentpeter[87].

Eiusdem Maiestatis vestre Sacre fideles Universitas Saxonum Partium Transsilwanarum.

(fol. 3r leer)

(fol. 3v) \Legatio iura audita est in profesto Marie de Nive[88]

Relatio autem Sabatho ante festum assumptionis Marie[89]

Quod dominus Thezaurarius litteras retinuit./

\Legatio Lwlay[90]/

---

[80] Kronstadt.
[81] Talmesch.
[82] Schaas.
[83] Großalisch.
[84] Hundertbücheln.
[85] Felmern.
[86] Halmagen.
[87] Wahrscheinlich Petreni/Homorodszentpéter.
[88] 4. August 1519.
[89] 13. August 1519.
[90] Johannes Lulai (Lulaj, Lulay), Hermannstädter Königsrichter 1506-1521, vgl. Zimmermann: Chronologische Tafel (wie Anm. 45), S. 531; G. Gündisch: Grabsteine (wie Anm. 10), S. 72f..

6. 1521, ca. April: Gravamina-Liste für eine Ofner Gesandtschaft des Kronstädter Stadtrichters Johannes Benckner d. Ä. und des Ratsherrn Anthonius Aurifaber

Papier. Serviciul Județean Brașov al Arhivelor Naționale ale României [Kreisdienst Kronstadt der Nationalarchive Rumäniens], fond Primăria Brașov [Bestand Kronstädter Rathaus], subfond Colecția de documente Schnell [Unterbestand Schnell-Urkundensammlung], Bd. 2, Nr. 65. Digitalisate: SIIAN (wie Anm. 3) BV-F-00001-03-2-065; DF (wie Anm. 3) 246726.
Regest, mit Datierung und teilweiser Edition, in Hurmuzaki: Documente, Bd. XV/1 (wie Anm. 57), S. 248, Nr. 448.
Die Nennung Benckners und Aurifabers entspricht mehreren Einträgen in der Kronstädter Stadtrechnung von 1521, die ihre Teilnahme an einer Gesandtschaft der Sächsischen Nationsuniversität im Frühling 1521 bezeugen[91].

(fol. 1r) 1521 Articuli ad Budam per dominos iudicem[92] et Anthonium Aurifaber[93] deferendi &c

Item Suplicetur Maiestati Regie in eo, quod quando sua Maiestas dat litteras in variis causis ad iudices delegatos, quod tandem \ab/ illis, quorum cause per huiusmodi iudices discutiantur seu sententiantur de expensis factis et fiendis fieri debeant.

Item Ratione appellationum illorum de regno Transalpino, quorum dominus Bozzorab Wayvoda[94] huiusmodi appellationes non wlt admittere, sed wlt quod cause ibi discuti et sententiari debeant, ubi negotiationes et commercia mutuo fieri consueverunt.

Item Ex parte porcorum duodecim per Paulum Beldi[95] hospitalensibus ablatorum singulum bovem pro duobus ff. estimandis.

Item Ex parte Prasmariensis[96] 24 domorum combustarum &c.

---

[91] Quellen zur Geschichte der Stadt Kronstadt, 1 Bd.: Rechnungen aus dem Archiv der Stadt Kronstadt (1503-1526). Kronstadt 1886, S. 322, 330, 333-335, 371.
[92] Johannes Benckner d. Ä., Stadtrichter von Kronstadt ca. 1511-1513, 1515, 1517-1518, 1520-1521, 1523, 1525-1526, vgl. Gernot Nussbächer: Johannes Benkner. Sein Leben und Wirken in Wort und Bild. Bukarest 1988, S. 26-29.
[93] Antonius Goldschmidt, Ratsherr von Kronstadt ca. 1507-1534 und Törzburger Kastellan 1523-1527, vgl. Tihámer Gyárfas: A brassai ötvösség története [Geschichte der Kronstädter Goldschmiede]. Kronstadt 1912, S. 81; Friedrich Stenner: Die Beamten der Stadt Brassó (Kronstadt) von Anfang der städtischen Verwaltung bis auf die Gegenwart. Kronstadt 1916 (Quellen zur Geschichte der Stadt Kronstadt 7/I), S. 51.
[94] Neagoe Basarab, Woiwode der Walachei 1512-1521.
[95] Paul Béldi von Uzon, Adliger. Zur Fehde zwischen dem Kronstädter Stadtrat und Paul Béldi im ersten Viertel des 16. Jahrhunderts siehe Robert Csallner: Der königliche Markt Tartlau. Hermannstadt 1930, S. 37-47; Gernot Nussbächer: Contribuții privitoare la mișcările sociale din sud-estul Transilvaniei la începutul secolului al XVI-lea [Beiträge zu den sozialen Bewegungen im Südosten Siebenbürgens am Anfang des 16. Jahrhunderts]. In: Studii. Revista de istorie 32 (1979), H. 7, S. 1315-1326.
[96] Tartlau.

Item Ex parte Heltwin[97] similiter 7 domorum combustarum &c.

Item Ex ratione 300 ff. ad censum sancti Martini de debitis ex vigesima restantium impetrare &c.

Item Ratione 800 ff. ex taxa regia preterita &c.

Item Quittantia ex domino Iacobo Thornalii repetere.

(fol. 1v) *Item* Quid sit faciendum ad illis malefactoribus ad ecclesias et monasteria confugientibus, si tales ad mandatum domini Wayvode extradari debeant an ne et quorum terminum malefactores huiusmodi libertate ecclesiastica gaudere debeant &c.

Preterea si idem malefactor se ad Regiam Maiestatem provocaverit, an tandem etiam ad mandatum domini Wayvode eidem domino Wayvode assignari debeat an ne &c.

[97] Heldsdorf.

7. ca. 1521-1522: Bittschrift des Bistritzer Stadtrats an König Ludwig II. mit sechs Gravamina.

> Papier. Serviciul Judeţean Cluj al Arhivelor Naţionale ale României [Kreisdienst Klausenburg der Nationalarchive Rumäniens], fond Primăria orașului Bistrița [Bestand Bistritzer Rathaus], Serie 1, Nr. 540. Digitalisate: SIIAN (wie Anm. 3) CJ-F-00044-1-540: DF (wie Anm. 3) 247610.
> Regest in Berger: Urkunden-Regesten (wie Anm. 5), 1. Bd., S. 173, Nr. 625a.
> Wegen der Erwähnung von Stephan Báthory de Somlyó als Vize-Woiwode ist es wahrscheinlich, dass die Bittschrift während seiner Amtzeit (ca. Juni 1521 bis November 1522) verfasst wurde[98].

(fol. 1r) Sacra Regia Maiestas, domine noster naturalis gratiosissime. Non paucis afficimur opp<ressiones>, pro quibus ad Maiestatem vestram suplicaturi venimus. Sunt enim Serenissime Rex nonnulli nobiles in vicinitate nostra commorantes, qui nos per terras eorum libera<s> et steriles [progredi] pacifice progredi non permittunt, sed quoscumque ex nobis in ill<is> reperire poterunt omnibus rebus nostris privare solent, allegantes non esse liber<e> nobis per terras eorum ambulare. Cum tamen ipsi libere et secure sineque ullo impedimento per nostras terras ambulant.

Preterea Serenissime Rex, quamvis a divis condam Regibus ab omni solutione tributi theloniorumque exempti semper fuerimus, castellanus tamen castri Chycho[99] non curans nostram libertatem gravibus exactionibus tributi sine intermissione nos vexare numquam cessat.

Patimur etiam Serenissime Rex infinita damna a certis malis hominibus latronibus scilicet et furibus, quorum notitiam in specie habemus, quos ut a nobis evitare possimus, dignetur Maiestas vestra per literas suas nobis eosdem condignis penis puniendi et detinendi authoritatem dare gratiose.

Ceterum Serenissime Rex, quamvis serenissimus dominus Wladislaus Rex genitor Maiestatis vestre pie memorie cameram salium de Feyereghaz[100] nobis ita ex sua gratia donaverat, ut illa libere semper et perpetuo uti valeamus, et tantummodo quinquaginta flor. singulis annis superinde sue Maiestati restituere debeamus. Tamen Serenissime Rex ipsam cameram tandem a nobis dominus Paulus Thomory[101] occupavit et ultra hoc ad tot tempus, quibus illam terminus, prefatos etiam

---

[98] Siehe Anm. 102.
[99] Ciceu/Csicsó.
[100] Weißkirch bei Bistritz.
[101] Paul Tomori, vgl. Anm. 79.

quinquaginta flor. a nobis rehabere vellet. Quia autem Serenissime Rex non parvam summam ad restaurationem eiusdem camere exposuimus, suplicamus Maiestati vestre dignetur prefato domino Paulo committere, ne nos contra annuentiam paterne Maiestatis impedire audeat.

Item Serenissime Rex, illi qui a Maiestate vestra ad nos pro exigenda aliqua taxa mittuntur ad talia negotia nos astringere cogereque consueti sunt, qualia alias inaudita fuere. Debemus enim Serenissime Rex ipsis non Maiestati vestre tales pollicitationes et talia obligamina in forma camere apostolice facere, quas neque alias vel cogitare scivimus, que omnia forent in preiudicium libertatis nostre.

Preterea Serenissime Rex, egregius Stephanus Bathory de Somlyo[102] a quodam Walacho nostro Ywol vocato, nescitur quibus respectibus et qua de causa, certos boves quos ad liberos nundinas abigi faciebat vi et potentia mediante recepit eosdemque et modo detinet. Suplicamus igitur Maiestati vestre tanquam domino nostro gratiosissimo dignetur sicuti ceteros fideles subditos suos ita et nos in antiquis nostris libertatibus conservari, prescriptasque oppressiones a nobis removeri facere gratiose.

\Eiusdem Maiestatis vestre fideles cives et iobagiones civitatis Bistriciensis./

(fol. 1v leer)

[102] Stephan Báthory de Somlyó, Vize-Woiwode 1521-1522 und Woiwode von Siebenbürgen 1529-1533, vgl. Tóth, Horváth, Neumann: Magyarország világi archontológiája (wie Anm. 8), S. 88; Kovács: Remarks (wie Anm. 67), S. 112f.

8. ca. 1522: Liste und Rechnung der Schäden und Missetaten, die während zahlreicher Aufenthalte des Vize-Woiwoden Stephan Báthory de Somlyó im Repser Stuhl entstanden sind.

> Papier. SJSBAN, fond Magistratul orașului și scaunului Sibiu, U V, Nr. 1674.
> Digitalisat: SIIAN (wie Anm. 3) SB-F-00001-1-U5-1674.
> Die Datierung entspricht (wie jene der Urkunde im Anhang Nr. 7) der Amtszeit Stephan Báthorys de Somlyó als Vize-Woiwode. Im Mai 1521 sandte der Hermannstädter Stadtrat seinen Prokuratoren sowie einen Brief nach Reps wegen der Truppenbewegungen des Vize-Woiwoden[103].

(fol. 1r) Aggravationes et dampna anno proxime exacto per E. Stephanum de Bathor Vicewaydam in Sede Saxonicali Kwhallom[104] illata

In possessione Sybrych[105] ad mensam ipsius Vicewayvode et pro pabulo equorum expositi sunt ff. xxviiii

Protunc mulieres et ancillas coacti fuerunt a domibus ipsorum alienare et libidine famulorum Wayvode in ecclesia conservare.

In possessione Scheen[106] exposuerunt pro eodem domino Vicewayda pro vino et avena demptis carnibus et aliis victualibus ff. L^{ta}

In possessione Katzendorff[107] quandam idem domino Vicewayvoda ibidem congregationem Siculorum celebravit exposita sunt pro victualibus ff. xxviii

\Quo congregationis tempore/ Protunc coacti fuerunt dare cur<rum> equis, quem idem promiserat usque <… …am> Sedem.

<…ucem> quem compulit usque ad <Ca>strum Georgio[108] proficisici in expensis incolarum.

Protunc familiares eiusdem Vicewayvode certum hospitem conati fuerunt pot<entia> mediante inebriare ex intentione, ut uxore et filiabus ad libitum uti possint. Quo intellecto per hospitem ipse se cum uxore et [fial] filiabus se a domo propria clam se ad evitandum huiusmodi facimus absentavit. Et sic famuli eidem hospiti in opprobrium vinum apud domum inutiliter consumpserunt et alia gravia dampna intulerunt.

---

[103] Sibiul (wie Anm. 69), S. 133f.
[104] Repser Stuhl.
[105] Seiburg.
[106] Stein.
[107] Katzendorf.
[108] Wahrscheinlich die Burg von Sankt Georgen.

In possessione Homoroth[109] ex <ex>posuerunt pro eodem domino Vicewayvoda et familia eiusdem in victualibus ff. xvii

(fol. 1v) In oppido Kewhallom idem Vicewayvoda sex vicibus descensum fecit, ubi expositi sunt pro singulis victualibus et pro aliis dampnis illatis in simul computandis fac

ff. i^{c}lxxv

\xxx/

In possessione Feyereghaas alias Weyskyrch[110] tempore quo idem Vicewayvoda in sede cum Siculis in numero xii^{c} per sex dies perseveravit expositi sunt et dampna illata faciunt ff. ii<…>

In possessione Katzendorff rursus idem dominus Vicewayda tribus vicibus congregationem Siculorum celebravit expositi pro victualibus et alia damna illata se extendunt ad minus ad ff. i^{c} L^{ta}

[109] Hamruden.
[110] Deutsch-Weißkirch.